Pretii veri dimidio non soluto.

2. [1] Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Lupo.

REm [2] majoris pretii [3], si tu [4] vel pater [5] tuus minoris [6] distraxerit [7]: humanum [8] est, ut vel [9] pretium [10] te restituente emptoribus, fundum [11] venundatum recipias [12], auctoritate [13] judicis intercedente [14]: vel si emptor [15] elegerit [16], quod deest justo [17] pretio, recipias. *Minus* autem *pretium* esse videtur, si nec [18] dimidia pars [veri] pretii soluta sit.

De alterutro contrahentium invito, & de fisco.

3. Iidem AA. Martianæ.

DE contractu venditionis & emptionis jure perfecto, alterutro invito [19] nullo recedi tempore bona fides patitur: nec ex rescripto [20] nostro: Quo [21] jure fiscum nostrum uti, sæpe constitutum est.

De fundo magno pretio comparato, postea minoris distracto.

4. Iidem AA. Eudoxio.

AD rescindendam venditionem, & malæ fidei probationem, hoc solum non sufficit, quod [22] magno pretio fundum comparatum, minoris distractum esse commemoras.

De dolo, bona fide, & de majore 25. annis.

5. Iidem AA. Rufo.

SI dolo [23] adversarii deceptum venditionem prædii te fecisse Præses provinciæ aditus animadverterit: fciens contrarium [24] esse dolum bonæ fidei, (quæ in [25] hujusmodi maxime contractibus exigitur) rescindi venditionem jubebit. Quod si jure perfecta venditio est a majore [26] vigintiquinque annis, intelligere debes, consensu mutuo perfectam venditionem resolvi [27] non posse.

De venditore dupli pretii offerente.

6. Iidem AA. Gratiano.

NOn [28] est probabilis causa, propter quam rescindi consensu factam venditionem defideras. Quamvis enim [29] duplum offeras pretium emptori: tamen invitus ad rescindendam venditionem urgeri non debet.

De milite venditore.

7. Iidem AA. Muracolo [30], & aliis militibus.

RAtas [31] manere semper factas jure venditiones, vestra etiam interest [32]: nam si oblato pretio rescindere venditionem facile permittatur: eveniet, ut [&] si quid vos [de] laboribus vestris a fisco [33] nostro vel a privato comparaveritis, eadem [34] lege conveniamini quam vobis tribui postulatis.

De dolo, metu, & quantitate pretii.

8. Iidem AA. Eudoxiæ.

SI voluntate tua fundum [35] tuum filius tuus venundedit, dolus ex calliditate atque insidiis [36] emptoris argui debet, vel metus mortis vel cruciatus corporis imminens detegi, ne habeatur rata venditio. Hoc enim solum, quod paulo [37] minore pretio fundum venditum significas, ad rescindendam venditionem invalidum est. Quod si videlicet contractus emptionis atque venditionis cogitasses substantiam [38], & quod emptor viliore comparandi, venditor cariore distrahendi votum [39] gerentes, ad hunc contractum accedant, vixque post multas contentiones, paulatim venditore de eo quod petierat detrahente, emptore autem huic, quod obtulerat, addente, ad certum consentiant pretium: profecto perspiceres, neque bonam [40] fidem quæ emptionis atque venditionis conventionem tuetur, pati, neque ullam rationem concedere, rescindi propter hoc consensu finitum contractum, vel statim, vel post pretii quantitatis disceptationem: nisi [41] minus dimidia justi [42] pretii, quod fuerat tempore [43] venditionis, datum esset, electione [44] [jam] emptori præstita servanda. Dat. Kal. Decembr. CC. CONSS.

De pecoribus pro pecunia in solutum datis.

9. Iidem AA. Domitio.

PRetii causa non pecunia numerata, sed pro ea pecoribus [45] in solutum consentienti datis, contractus non constituitur irritus.

De dolo.

10. Iidem AA. Severo.

DOlus emptoris qualitate [46] facti, non quantitate [47] pretii æstimatur [48]. Quem si fuerit intercessisse probatum: non adversus eum, in quem emptor dominium transtulit, rei vindicatio venditori, sed contra illum, cum quo contraxerat, in integrum restitutio competit.

De pretio non soluto, de compensatione per errorem facta.

11. Iidem AA. Magnæ.

VEnditor [49] factum emptoris, quod eum tempore contractus latuit, post arguendo, non quod eo tempore fcierit [50] quo id ageretur, & consensit, de dolo queri potest. Igitur cum patrem tuum, ut majus comprehenderetur instrumento pretium, quam res quæ distrahebatur, esse convenerat, consensisse profitearis, propter hoc solum de circumscriptione frustra queritur. §. 1. Sane, si placitum pretium non probetur solutum, vel in quantitatem debiti per errorem facti compensari cautum fuerit: hoc reddi recte postulatur.

De eo qui urgente debito distraxit.

12. Iidem AA. Antiocho.

1 Huic legi conjunge leg. 8. *ff. h. t. Novellam Romani.* Harmen. 3. *tit.* 5. 2 An nobilem? dicam ad *l.* 8. *ff. h. t.* 3 Quod quidem tempore venditionis spectatur. *l.* 8. *in fin. ff. h. t.* 4 Major annis sc. vel minor, cum decreto tamen. *l.* 11. *infr. de præd. min.* 5 Beneficium hujus legis secundæ competit heredibus. 6 Ita ut nec dimidia pars veri pretii accepta sit. 7 Beneficium hujus legis secundæ competit venditori, ut hic. An etiam emptori? dixi ad *l.* 1. 8. *sed si emerit.* 13. *ff. si quid in fraud. patron.* Cujac. certe negat beneficium hujus legis ad emptorem porrigi. 16. *obs.* 18. Quo nomine reprehenius a Roberto 2. *Animad.* 13. defensus ab Anton. Mercator. 2. *not.* 13. Objectio potest ita concipi. Datur hoc beneficium in omnibus bonæ fidei contractibus. *l.* 3. *in fin. l.* 7. *communi utrinque judicio.* datur ei, qui rem æstimatam accepit. vid. *l.* 6. *infr. solut. matrim.* Ergo & emptori. *d.* §. 13. *l.* 26. *in fin. ff. de solut. & liberat.* An & ei qui permutavit? *d.* §. 13. an locatori? dixi ad *l.* 14. 3. *de usur.* An conductori? dixi ad *d.* § 13. An transigenti? dicam *infr. tit.* An ei, qui fundum nimis æstimatum in solutum accepit? datur: vide quæ not. ad *l.* 6. *infr. solut. matrim.* An in omnibus bonæ fidei contractibus? datur. *l.* 3. *in fin. h. t. comp. utrinque jud.* An dividenti? vid. *l.* 3. *fupr. comm. utrinque.* An aliis etiam casibus? Vid. Molin. *quæst.* 14. *de just.* An & in feudi concessione vel emphyteusi, & adjudicatione facta creditori? Primone. *Novell. Romani Cesaris* 3. *tit.* 3. §. 80. & 83. refert æstionem ex hac lege intra quadriennium instituendam esse: item non admitti propter æstimum (a tempore venditionis) rei valorem. *l.* 3. *in fin. infr. h. t.* Mynsing. 2. *resp.ul.* 12. n. 30. vel si res justu tellatoris fit vendita. vid. quæ scripsi ad *l.* 49. §. 8. *ff. de leg.* 1. Tiraquell. *de retract.* §. 4. *glos.* 1. n. 4. fi transactione res alienata. idem *ibid. glos.* 9. n. 107. *idem* Socin. *reg.* 226. & 436. adde *l.* 66. *ff. de cond. indeb.* *l.* 15. §. 3. *ff. de re judicata.* quod ultimum non probat Speculator *lib.* 4. *part.* 3. *rubr. de rescind. vend.* n. 14. Movetur autem quod in transactionibus receptum sit, ut pro modico magnum amittamus. *arg. l.* 8. *ff. de transact.* hoc etiam impugnatur ab Imberto in enchiridio. Moveur *l.* 26. *in fin. ff. de verb. oblig.* adde *l.* 5. §. *de mal.* Tiraquelli sententiæ, ufus Gallicæ & Edictum Caroli IX. accedit latum ann. 1563. teste Papone 2. *Not. cap. de excepti. fol.* 628. Volunt etiam non competere beneficium hujus legis ei, qui rem alienavit cum juramento de re nunquam revocanda. *l.* 8. §. 3. *ff. de cond. indeb. instit.* Roland. a Valle 1. *cons.* 59. n. 5. & n. 18. Socin. *d. loco.* fed nec ei, qui ficiens venum rei fuæ valorem deceptus fit ultra dimidium justi pretii. Cor id ita receptum? vide eundem *ibid.* n. 10. & *seq.* fed nec ei, qui donavit emptori refiduum pretii. Galli appellant *la plus value.*) idem fi ad publicum incantum, hoc eft, publice & decurfis haftis res vendita fit. *l.* 6. §. 2. *infr. de remiff. pign.* fi per judicem res hæreditis creditori adjudicata. *l.* 15. §. 3. *ff. de re judic.* fi alio quam ipfo creditore, res ipfa vendita eft: idem eftle, fi venditor renunciavit beneficio hujus conftitutionis. *arg. l.* 14. *in fin. ff. de addil. edict. l.* 6 *pact. in conftituenda.* 29. *fupr. de pactis.* Socin. *d. reg.* 226. & 436. 9 Alternativum libellum & alternativam petitionem obfervat, venditionem refcindi poftulantis. 10 Accerpum. 11 Hæc particula, ut &. *l.* 8. §. *fi. h. t.* innuit, Non quarumvis rerum venditionem ob inæqualitatem pretii refcindi, fed immobilium: an & mobilium? Cujacius negat 16. *obf.* 18. *in fin.* Molin. §. 22. n. 7. Arbitrorum. *l. unde.* 79. *ff. pro focio.* vid. *l.* 3. §. *communi. utrinque judicii.* 12 De juito pretio, vid. *l.* 50. *ff. de furt.* vid. Forner. 2. *felect.* 19. Quod deeft juito pretio hic fuppliendum eft, ideoque non audiendus eft emptor dimidium juili pretii offerens. Ad objecta illa: Harm. *d. loco.* ἀντιγραφὴν, loquitur de emptore, τὰ πεπιστρόγτα τῷ πρίασθαι: id eft, quod deeft dimidio, & ita judicarum refert Maforius apud Ferrarienfem *in forma libelli in causa venditionis* 37. *fumma* 4. *in verbis, quæ & quatenus. fol.* 317. ab ea fententia videtur non abludere Robertus *d. loco cap.* 13. Mercator & 13. notat plures effe apud Harmen. legendum effe ἀντιγραφὴν τὸ τιμήματος, hac proportione, ut fi res digna viginti, vendita fuit octo; non fatis fit duo reftitui, ut decem compleantur, id eft, dimidia efficiatur, fed duodecim, ut verum pretium, id eft, fummam viginti efficias. An eadem proportio in emptore? vid. Sebaftem Harmenopuli *d. loco.* vid. Mynfingerum 4. *obferv.* 73. 18 Ob non dimidium juili pretii contractus refcinditur: nec tamen fatis eft id, quod dimidio deeft, fuppleri, ut fupertius dixi. 19 *l.* 7. *ff. h. t. l.* 5. §. *de oblig. & action.* 20 *l.* 12. §. *de re jud. dicat. l.* 35. *ff. de donat.* 21 Principes hujus invicti, contractu cum eo inito recedere non poteft. adde *l.* 7. *ff. h. t.* 22 Non, fi rem magno pretio comparavi, vili distraxi, ideo refciffioni locus dabitur. 23 *l.* 8. *ff. h. t.* 10. *in fin. ff. de diftract. pign.* Goth. Vid. Gocd. *de contr. in pupillar. cap.* 3. *num.* 120. Anf. 24 Dolus contrarius bonæ fidei. 25 Bona fides in emptione exigitur. 26 Quid fi a minore? diftinguendum eft, an ipfe, an cum decreto venditderit. 27 Symmach. 2. *epift.* 85. *Vas aut fer legum eft, bona fides contractuum non refcindit.* 28 *Arbitrorum. l. ad. cap.* 62. Harmen. *col.* 8. 85. 29 Harmen. 3. adde *l.* 63. *ff. ad leg. Falcid.* id eft, pretium conventum & tandem. 30 Mucatraulo. vid. Cujac. *ad l.* 4. *J. de jure fisci.* 31 *l.* 3. §. 1. *l.* 14. *ff. de contrab. empt.* 32 Proper metum labiosis. 33 Vid. *l.* 3. §. 1. *l.* 34 Vid. *ff. quod quisque juris. l.* 41. *ff. de reg. jur.* 35 Dixi fuperius hanc legem pertinere ad res mobiles pretiofas, quales funt margaritæ, bona mobilia per averftionem vendita, emptio fectionis nemorum. vid. Molin. 3. *conject.* 22. *num.* 47. 36 Dolus ex infidiis probari debet: ex infidiis. *l.* 6. §. *de dol. mal. ἀπὸ ἐπιβουλῶν. Synopf. Basil.* 10. *tit.* 3. *cap.* 46. qualitate facti. *l.* 10. *infr. h. t.* adde *l.* 4. *pro. h. t.* adde *l.* 10. *l.* 11. *h. t.* vid. *l.* 13. *fupr. de transact. l.* 4. *fupr. de his quæ in manumiss.* 37 Subftantia contractuum, eft, fine qua non conftituit. vid. *l.* 54. *ff. de contrahend. empt.* 38 Circumferibere alius alium in emptione & venditione μετὰ ὕβρεως naturæ & jure poteft. *l.* 16. §. 4. *ff. de minorib.* 25. *ann. l.* 22. *in fin. ff. locati.* non tamen ultra dimidium juili pretii, & hoc in majoribus; minor enim deceptus infra dimidium juili pretii reftituitur. Harmenop. 3. §. 81. 82. *Synopf. Baſilic.* 19. *tit.* 10. *c.* 64. Circumfcripto porro hujusmodi non eft dolus, fed prudentia quadam œconomica in adquirendo conftitens. 39 Vendi tum venditoris & emptoris obferva. 40 Bona fides emptionem & venditionem tutur. 41 Dixi ad *l.* 2. *fupr. h. t.* Deceptio ad dimidium usque juili pretii inter minores permifii: cum minore non permifia, ut fupra dixi. Interdum tamen dimidium deceptum in fecta parte pretii, fufficit: vel fi per præjudicium venditit. vid. Socin. *reg.* 226. 436. Bart. *in l. Secretarium.* 76. *verf. Arbitrorum. l. unde.* 79. *pro focio.* vid. *l.* 3. *communi. utrinque judicii.* 42 De juito pretio, vid. *l.* 50. *ff. de furt.* 43 Imotium rei vendit. poft tempus venditionis impleti, reftitutioni five refciffioni venditionis locum non facit. His adde quæ dixi ad *l.* 16. *l.* 23. *ff. de uſur.* facit etiam ad quæftionem augmenti & detrimenti monetarum, quoties de mutuo reddendo, velreditu annuo præfando in pecunia vel frumento agitur, adde Roland. a Valle 1. *conf.* 49. 44 Dixi ad *l.* 2. 3. *h. t.* 45 Vid. *l.* 17. *ff. de ſolut. & liberat.* 46 Vid. *l.* 3. *h. t.* 47 Id eft, viliatæ pretii. 48 Imo æſtimatur. vid. *l.* 13. *ff. de tranſact.* 49 Venditor de fuga emptoris tum queri poteft, quum dolum tempore contractus ignoravit; quippe fi dolum fciens contraxit, non amplius ei fuccurri potest: fi vero pretium, de quo convenit, non folutum probetur, vel cautum fuerit, ut in quantitatem debiti per errorem facti compenfaretur, recte hoc modo queritur, *Synopf. Baſilic.* 19. *tit.* 10. *cap.* 67. Goth. Vide hic Leonin. *emendat. lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 2. Anf. 50 Sciens & confentiens non infertur injuria. *l.* 145. *ff. de reg. jur.*

Non

NOn idcirco minus venditio fundi, quod [1] hunc [2] ad munus fumptibus neceſſariis [3] urgentibus, non viliore pretio, vel urgente [4] debito diſtraxiſſe contendis, rata manere debet. [Ab] illicitis itaque petitionibus abſtinendo, ac pretium, ſi non integrum ſolutum eſt, petendo, facies conſultius.

Si ſocer venditoris ementi denunciaverit, ne compararet.

13. Iidem AA. & CC. Nicæ.

SI major [5] annis vigintiquinque fundum diſtraxiſti: propter hoc ſolum, quod ementi, ne compararet, ſocer tuus denunciavit [6], emptionem [factam] a te reſcindi bona fides non patitur.

Si emptor pacto non ſatisfecit.

14. Iidem AA. & CC. Baſilicæ.

EA conditione diſtractis prædiis, ut quod Reipubl. debebatur, qui comparavit reſtitueret: venditor a ſe [7] celebrata ſolutione, quanti intereſt, experiri poteſt: non [8] ex eo, quod emptor non fatis conventioni fecit, contractus irritus conſtituitur.

De quantitate pretii.

15. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. ad Hypatium P. P.

QUisquis major [9] ætate [10] prædia etiam [11] procul poſita diſtraxerit, paulo [12] vilioris pretii nomine, repetitionis rei venditæ copiam minime conſequatur: Neque [enim] inanibus immorari ſinatur objectis, ut vires locorum ſibimet cauſetur incognitas [13], qui familiaris [14] rei ſcire vires vel merita [15] atque emolumenta [ante] debuerat. Dat. 6. Kalend. Maj. MEROBAUDE II. & SATURNINO CONSS. 383.

De ſubhaſtatione ob publicæ rationis neceſſitatem.

16. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. ad Margillum [16] Vicarium Africæ.

SI [17] quos debitorum [18] mole [19] depreſſos neceſſitas publicæ rationis adſtringat proprias diſtrahere facultates, rei qualitas, & redituum [20] quantitas æſtimetur: nec ſub [21] nomine ſubhaſtationis publicæ locus fraudibus relinquatur, ut poſſeſſionibus viliore [pretio] diſtractis, plus exactor [22] ex gratia [23], quam debitor ex pretio conſequatur [24]. Hi poſtremo, ſub empti titulo, perpetuo dominii jure potiantur, qui tantum adnumeraverint fiſco, quantum [25] exegerit utilitas privatorum. Etenim periniquum eſt, ut alienis bonis ſub gratioſa [26] auctione diſtractis, parum accedat publico nomini, cum totum pereat debitori. Dat. 13. Kal. Jul. *Aquil.* Acc. Idus Januar. *Hadrumeti*, poſt Conſulat. TATIANI & SYMMACHI VV. CC. 391.

De his qui munera fuga deſtituunt, vel contractus furtim ineunt.

17. Impp. ARCAD. [27] & HONOR. AA. Meſſalæ.

HI [28] qui impoſita munera [29] civitatum [30] fuga [31] deſtituunt, vel ineundos furtim [32] exiſtimant eſſe contractus: intelligunt, ſibi [33] nihil hæc profutura eſſe commenta, & pretio [34] emptorem [fugæ conſcium] multandum eſſe quod dederit. Dat. 12. Kal. Sept. THEODORO V. C. CONS. 399.

De Palatinis.

18. Imppp. ARCAD. HONOR. & THEOD. AAA. Neſtorio Comiti rerum privatarum.

VEſtium, auri & argenti, ſeu mancipiorum coëmendorum, ſi quando a privatis noſtris ea contigerit venundari, Palatini [35] ſciant ſibi copiam denegatam: pœna in eos amiſſionis pretii exercenda.

TIT. XLV.

QUANDO [36] LICEAT AB EMPTIONE DISCEDERE [37].

Re integra contrario conſenſu ab emptione diſceditur: re vero non integra, actus priori ſimilis requiritur. Sal.

1. Imp. GORD. A. Rufino.

RE quidem integra [38] ab emptione & venditione utriusque partis conſenſu recedi poteſt. Etenim quod [39] conſenſu contractum eſt, contrariæ voluntatis adminiculo diſſolvitur [40]. At enim poſt traditionem [41] interpoſitam nuda voluntas non reſolvit emptionem: ſi non actus quoque priori ſimilis [42] retro agens venditionem interceſſerit.

Per dationem arrharum res non definit eſſe integra, ſed per ſolutionem pretii definit eſſe integra. Bald.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Felici.

PErfectam [43] emptionem atque venditionem re integra tantum pacto & conſenſu [44] poſſe diſſolvi conſtat. Ergo ſi [45] quidem arrhæ [46] nomine aurum datum ſit, poteſt hoc ſolum ſecundum fidem pacti recuperare [47]. Sin vero pretii perſolviti ad ea [48], quæ venditorem ex venditione oportet præſtare, magis actionem, quam ad pretii quantitatem [49], quam te dediſſe ſignificas, habes.

TIT. XLVI.

SI PROPTER PUBLICAS PENSITATIONES [50] VENDITIO FUERIT CELEBRATA.

Venditio ſolemniter facta ob tributa non ſoluta non revocatur, licet a debitore vel creditore tributum poſtea offeratur. Bald.

1. Imp. ANTONINUS A. Materno.

VEnditionem ob [51] tributorum ceſſationem [52] factam revocari non [53] oportet, neque priore domino [54] pretium offerente, neque creditore ejus jura hypothecæ ſive pignoris [prætendente [55]]. Potior [56] eſt enim cauſa tributorum [57], quibus priore loco omnia bona ceſſantis obligata ſunt.

Venditio legitime facta non retractatur.

2. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. Plotio.

SI [58] deſerta prædia, ob ceſſationem collationum, vel reliqua tributorum, ex permiſſu Præſidis ab his, quibus periculum exactionis tributorum imminet, diſtracta ſincera fide juſto pretio ſolenniter comparaſti: venditio ob ſolennes præſtationes neceſſitate facta convelli [59] non debet. Sin autem venditio nulla [60] auctoritate Præſidis præcedente facta eſt, hanc ratam haberi jura non concedunt. Id itaque quod fruſtra geſtum eſt, revocari oportet: ita ut indemnitati tributorum omnibus modis conſulatur. Quæ omnia tractari convenit præſente [61] eo quem emptorem extitiſſe proponis.

Convento debitore, ac convicto ob publicas penſitationes non ſolutas, debet ſolennis celebrari venditio. Bald.

3. Imp. CONSTANTINUS A. Fauſtino [62] Præfidi Bæticæ.

SI [63] quis fundum, vel mancipium, [aliamve rem] ob ceſſationem tributorum, vel etiam ob veſtium, auri, argentique debitum, quæ annua exactione ſolvuntur, occupata, convento debitore, & apud

1 Ori χρέως ὑπερβολὴν ὑπέκειτο πίπρασκε: hoc eſt, non poteſt venditor hoc prætextu irritam facere venditionem, ſi dicat, ſe debitis aut oneribus functionum publicarum urgentibus vendidiſſe. *Synopf. Baſilic.* 19. *tit.* 10. *c.* 68. 2 Ita legerem hunc locum: quod hunc non viliore pretio, ſed ad munus ſumptibus neceſſariis urgentibus vel urgente debito: ut munueris voce, λειτουργίου intelligamus, debiti voce χρέως. 3 Venditio facta viliore pretio propter munus publicum, vel urgens debitum, non reſcindenda est, tamen eſt cauſa, propter quam ſolet reſtitutio indulgeri. *l.* 16. *h. t. l.* 1. *l.* 3. *de prad. decur. l.* 2. *l. ſine conſ. vel reliquis.* vide Cujac. 18. *obſervat.* 18. 4 *l.* 4. *infr. de pignor. & hypothec.* 5 Denunciatio eius, cujus non interest cum vendi, venditioni non officit. 7 Venditio non reſcinditur ex eo, quod emptor non ſolvit tributum ut convenit. 8 Vide quæ notavi ad *l.* 1. *in fin. ff. h. t. & l.* 8. 3. *de contrab. empt. ubi* fimiles conſtituitur. *l.* 6. *ff. de pactis inter empt.* 9 Quid fi minor? reſtituitur in integrum, ut minor deceptus etiam infra dimidium. 10 Atque admittendis familiarum ſuarum curis idoneus comprobatus. *l.* 4. *C. Theod. de contrab. empt.* & ibi interpres. 11 Vid. *l.* 1. *fupr. de contrab. empt.* 12 Venditio facta prudo viliori rei non reſcinditur. *l.* 1. *de præſcript.* 30. *vel* 40. *ann.* 13 Interdum tamen vires faculatum ſuarum quis ignorat. 3. *verſ. Praxiadiſſe. Inſtit. quib. ex cauſ. manumittere.* 14 Bonus paterfamilias rerum ſuarum noſſe præſia debet, etiam procul ſitarum, neque ferendus eſt, ſi dicat earum rerum æſtimationem ignoraſſe, cum eas venderet: ſuarum, inquam, quas ſollicet diu poſſedit, diu tractavit, non de recenti habuit, vel adquivit. 15 Quatenus verum ſit quod hinc oſtilliatur, ignorantiam virium ſui patrimonii non eſſe probabilem, vide Port. *ad Iſidor. in addit. ad num ad h. in tractatus. col.* 2. *fol. 1. quib. ex cauſ. matrim. non licet.* Socin. Jun. *conſ.* 73. *col. fi. li.* 2. Decium *conſ.* 583. Mod. 16 Ad Magnillum 1. 10. *tit.* 3. *cap.* 46. qualitate facti. *l.* 10. *infr. h. t.* adde *l.* 4. *pro. h. t.* adde *l.* 10. *l.* 11. *h. t.* vid. *l.* 13. *fupr. de transact. l.* 4. *fupr. de his quæ in manumiss.* 37 Subſtantia contractuum, eſt, ſine qua non conſiſtunt. vid. *l.* 54. *ff. de contrahend. empt.* 38 Circumferibere alius alium in emptione & venditione μετὰ ὕβρεως naturæ & jure poteſt. *l.* 16. §. 4. *ff. de minorib.* 25. *ann. l.* 22. *in fin. ff. locati.* non tamen ultra dimidium juſti pretii, & hoc in majoribus; minor enim deceptus infra dimidium juſti pretii reſtituitur. *Synopſ. Baſilic.* 19. *tit.* 10. *c.* 64. Circumſcriptio porro hujusmodi non eſt dolus, ſed prudentia quadam œconomica in adquirendo conſiſtens. 39 Venditum venditoris & emptoris obſerva. 40 Bona fides emptionem & venditionem tutur. 41 Dixi ad *l.* 2. *fupr. h. t.* Deceptio ad dimidium usque juſti pretii inter minores permiſſa: cum minore non permiſſa, ut ſupra dixi. Interdum tamen dimidium deceptum in ſecta parte pretii, ſufficit: vel ſi per præjudicium venditit. vid. Socin. *reg.* 226. 436. Bart. *in l. Secretarium.* 76. *verſ. Arbitrorum. l. unde.* 79. *pro ſocio.* vid. *l.* 3. *communi. utrinque judicii.* 42 De juſto pretio, vid. *l.* 50. *ff. de furt.* 43 Imotium rei vendit. poſt tempus venditionis impleti, reſtitutioni five reſciſſioni venditionis locum non facit. His adde quæ dixi ad *l.* 16. *l.* 23. *ff. de uſur.* facit etiam ad quæſtionem augmenti & detrimenti monetarum, quoties de mutuo reddendo, velreditu annuo præfando in pecunia vel frumento agitur, adde Roland. a Valle 1. *conſ.* 49. 44 Dixi ad *l.* 2. 3. *h. t.* 45 Vid. *l.* 17. *ff. de ſolut. & liberat.* 46 Vid. *l.* 3. *h. t.* 47 Id eſt, viliatæ pretii. 48 Imo æſtimatur. vid. *l.* 13. *ff. de tranſact.* 49 Venditor de fuga emptoris tum queri poteſt, quum dolum tempore contractus ignoravit; quippe ſi dolum ſciens contraxit, non amplius ei ſuccurri poteſt: ſi vero pretium, de quo convenit, non ſolutum probetur, vel cautum fuerit, ut in quantitatem debiti per errorem facti compenſaretur, recte hoc modo queritur, *Synopſ. Baſilic.* 19. *tit.* 10. *cap.* 67. Goth. Vide hic Leonin. *emendat. lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 2. Anſ. 50 Sciens & conſentiens non infertur injuria. *l.* 145. *ff. de reg. jur.*

Judicem

Judicem interpellatione celebrata, cum solutio cessaverit, sub hasta distracta comparaverit: perpetuam emptionis accipiat firmitatem. Sin autem minoris [1] forte persona fuerit inferta: necesse [2] sit legitimæ defensionis venditioni personam adesse: nihilque interest, utrumne officium summæ rei [3] Procuratoris, an certe Rectoris [4] provinciæ id, quod debitum fuerit, prosequerit [5]. Dat. Pridie Idus Decemb. FELICIANO & TITIANO CONSS. 337.

TIT. XLVII.

SINE [6] CENSU [7] VEL RELIQUIS FUNDUM COMPARARI NON POSSE.

Promittens solvere tributa rei in dotem datæ, non tenetur ex promissione re ad dotatorem reversa. Bald.

1. Imp. ALEXAND. A. Capitoni.

EX conventione [8] quidem, qua pactam novercam tuam cum patre tuo dicis cum fundum in dotem daret, *Ut* [9] *ipsa* [10] *tributa agnosceret*, actio tibi adversus eam competere non potest, etiam si pactum in stipulationem deductum probetur. Sed & si fundus æstimatus, ita ut pars instrumenti significat, in dotem datus est, ex vendito [11] actio, ut placitis stetur, non [12] competit. PP. Non. Decemb. ipso A. III. & DIONE CONSS. 230.

Comparans fundum ea lege, Ne solvat censum vel tributum, *tali pacto non excusatur, quin solvere compellatur, quod pro ipsa possessione debetur.* Bald.

2. Imp. CONSTANTINUS A. ad Marcellum.

REI [13] annonariæ emolumenta tractantes [14], cognovimus hanc esse causam maxime reliquorum, quod nonnulli captantes [15] aliquorum [16] momentarias [17] necessitates, sub hac conditione fundos [18] comparant [19], *Ut* [20] *nec reliqua eorum fisco inferant, & immunes eos possideant.* Ideoque placuit; ut si quem constiterit hujusmodi habuisse contractum, atque hac lege [21] possessionem esse mercatum; tam pro solidis censibus fundi comparati, quam pro reliquis universis [22] ejusdem possessionis obnoxiis teneatur: cum [23] necesse sit eum qui comparavit, censum rei comparatæ agnoscere, nec [24] liceat cuiquam rem sine censu comparare vel vendere. Dat. Kal. Jul. *Agrippinæ*, CONSTANTINO A. V. & LICINIO C. CONSS. 319.

In AUTHENT. de mandat. princ. §. non permittas itaque. coll. 3. tit. 4. Nov. 17. cap. 8.

SEd & periculum in se recipere potest [25], *si examinatione ante traditionem facta emptor minus idoneus inventus fuerit: tunc enim venditor apud gesta profiteri cogitur, quia periculo suo transpositio sit fiscalium tributorum.*

3. Imp. JULIANUS A. Secundo P. P.

OMnes [26] pro his agris, quos possident, publicas [27] pensitationes agnoscant: nec pactionibus [28] contrariis adjuventur, si venditor aut donator apud se collationis farcinam pactione illicita voluerit retinere: & si necdum translata sit profectio [29] censualis, sed apud priorem fundi dominum forte permaneat, dissimulantibus ipsis, ut non possidentes pro possidentibus exigantur. Dat. 14. Kal. Mart. *Antiochiæ*, JULIANO A. IV. & SALLUSTIO CONSS. 363.

TIT. XLVIII.

DE [30] PERICULO [31] ET COMMODO REI VENDITÆ.

De eo quod contigit post venditionem perfectam.

1. Imp. ALEXAND. A. Apollonio.

POst perfectam venditionem omne commodum, & incommodum, quod rei venditæ contingit, ad [32] emptorem pertinet. Auctor [33] enim ex his tantum caulis [34] suo ordine tenetur, quæ ex præcedente [35] tempore causam evictionis [36] parant: & ita [37], si ei denunciatum est, ut causæ agendæ adesset, & non absente emptore contra eum pronunciatum est.

De emptione per singulas mensuras, vel per aversionem.

2. Idem A. Juliano.

CUm convenit, *ut singulæ* [38] *amphoræ vini certo pretio veneant*: antequam tradantur, imperfecta etiam tunc venditione, periculum vini mutati emptoris, qui moram [39] mensuræ faciendæ non interposuit, non fuit [40]. Cum autem *universum, quod in horreis* [41] *erat positum*, veniisse sine mensura, & claves [42] emptoribus traditas allegues post perfectam venditionem, quod vino mutato damnum accidit, ad emptorem pertinet. † Hæc omnia locum habent, non solum si vinum, sed etiam si oleum, vel frumentum, vel his similia venierint, & ea aut deteriorata, aut penitus corrupta fuerint.

De dolo auctoris.

3. Idem A. Diaphaniæ.

DOlum auctoris [43] bonæ fidei emptori [44] non nocere [45] certi [46] juris est.

De emptione perfecta & de mora.

4. Imp. GORDIAN. A. Siluro.

CUm [47] inter emptorem & venditorem [48], [contractu sine scriptis inito,] de pretio convenit, moraque [49] venditoris in traditione non intercellit: periculo emptoris rem distractam esse in dubium non venit.

De incendio.

5. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Leontio.

CUm speciem venditam per violentiam ignis [50] absumptam dicas: si venditionem nulla conditio [51] suspenderat, amissæ rei periculum te [52] non adstringit.

De morte ancillæ distractæ.

6. Iidem AA. Cerulo.

MOrtis casus ancillæ distractæ etiam ante [53] traditionem sine mora venditoris dilatam, non ad venditorem, sed ad emptorem pertinet: & hac non ex præterito [54] vitio rebus humanis exempta, solutionem pretii emptor non recte recusat.

---

[1] Adversus infantes & minores ita agi solet. Infans citari non potest, sed ejus curator. *l. 1. §. 2. ff. de administ. & pericul. tutor.* supra infantiam & septimum annum constitutus citari potest, sed cum tutore, si habet. *dict. §. 2. in fin.* Si non habet, actor compellit adolescentem ad petendos sibi curatores. *l. 7. §. 2. ff. de minorib. 25. ann.* aut potius judex interpellandus, ut det curatorem, nisi ipse jam ex officio dederit. vid. quæ notavi ad *l. 4. §. 6. ff. de damn. infect.* ne alioquin pro absente habeatur. *l. 10. ff. quib. ex caus.* vel peremptorium imperatum nullius fit momenti. *l. 54. ff. de re judic.* itaque disjungendam negationem in *l. 5. ff. de rebus autor. judic.* existimo: eo sensu, Bona pupilli præsente defendere, & quidem a judice dato putfunt diffrahi. 2 Habite fitualis vis eft hæc & fides, ut fi recte facta fit, nec retiripo Principis, nec beneficio ætatis, aut nulla alia ratione convelli poffit. *l. 8. ff. de remiff. pign.* nifi minor fit indefenfus, & ita reftringe *l. 1. infr. de fide & jure hoffat. lib. 10. tit. 3.* 3 Summæ rei procurator, Cæfaris procurator. *τὸ μεγίστη πράγματος προσώπων.* dixi ad *l. 7. §. ult. cauſa fiſcal.*

4 Rector *d. l. 2. C. Theod.* 5 Deleget, fi etiam in hac debitores forte ceſſaverint conditione juris expreffa. *d. l. 2.*

6 *l. 11. C. Th. 5.* de fundo vendito fine cenfu. *ΑΝΕΥ ΤΙΝΟΣ. 19. Eccl. 14.* 7 Cenſus eft tributum: vectigal, publica penſitatæ, onus agrorum non perfonarum. *l. 3. infr. de annon. & tribut. tit. 16. lib. 10. l. 7. ff. de publican.* adde quæ dicam *infr. de cenſib.* vid. Ferrarienſem *in formulibus ad facti præſtationem, in verbo factum.* 8 Interpretationem hujus legis vid. apud Leonin. *emendat. l. 1. c. 8. n. 10.* 9 Eadem pene verba exſtant in *l. 11. ſupr. de pact.* fed in illa fic legitur, ut creditoribus, quibus fuerunt prædia obligata, uſuras ſolvcrent. Differt itaque caſus d. legis 11. ab hac lege: dicta lex 11. retertur ad uſuras creditoribus privatis præſtandas: hæc lex ad tributa fifco perſolvenda. 10 Venditoris effi pactione non poteft, ne emptor tributa fundi agnoſcat. *l. 42. ff. de pact. l. 3. infr. h. t. l. ult. infr. de fundis rei priv. l. 3. ff. de diverſ. prad.* 11 Ex empto, Romanum. ad *l. 11. ſupr. de pact.* 12 Hanc negationem expunge, ex *d. l. 11. in fin.* vid. Hotom. *ibid.* 13 *l. 1. C. Theod. h. t.* 14 Hic interpolatur integra pene ſententia. *l. 1. C. Theod. ſine cenſu lib. 11. tit. 3.* 15 Captant. *d. l. 1. C. Theod.* 16 Aliquorum nomen. *d. l. 1. C. Theod.* 17 Nam venditor plerumque neceſſitate rei familiaris compellitur vendere pretio minore. *l. 2. l. 12. l. 16. ſupr. de reſcind. vend. l. 1. infr. de prad. decur.* Salvianus *c. de gravid.* inopiam penes venditorem eſſe eamque ob cauſam volunt beneficium *l. 2. §. de reſcind. vendit.* ad ſolos venditores pertinere, non ad emptores: qua de re ibid. dixi ad Cujac. 16. *obſ.* 18. 18 Fundos optimos *d. l. 1. C. Theod.* 19 Comparant & electos. *d. l. 1. C. Theod.* 20 Vid. *l. 1. ſupr. h. t.* 21 Hoc genere. *d. l. 1. C. Th.* 22 Etiam præteritis eo ſenſu, emptorem fundi ſico obnoxium eſſe tributorum etiam præteritorum cauſa. *l. 7. ff. de public. & vectigal.* 23 Hæc quæ ſequuntur, deſunt *d. l. 1. C. Theod.* deſumpta ſunt tamen ex *l. 2. C. Theod. de contr. empt. lib. 3. tit. 1. in pr.*

24 Nota regulam. 25 Id eſt, debet eo ſenſu, conveniri primo loco emptorem fundi tributarii, tanquam poſſeſſorem: ſecundo venditorem, quaſi fidejuſſorem & ita absque ullo privilegio dilatores inferant, quæ diu protrahunt. 26 *l. 3. C. Theod. hoc tit.*

27 *Τὰ δημόσια τέλη παντὸς. Συνοψ. Baſil. lib. 19. tit. 14.* 28 *l. 42. l. 52. §. 2. ff. de pact.* 29 De profeſſione cenſuali, dixi ad *l. 6. ſupr. de fide inſtrum.*

30 Dixi ad *l. 18. D. 6.* 31 Pericuii appellatione in homine mors intelligitur. *l. ult. infr. h. t. l. 18. ff. de ſtipul. ſerv.* fuga. §. 3. *inſt. de empt. venditt.* vulnus. *d. §. 3.* furtum. *l. 35. §. 4. ff. de contrab. empt.* in agro, chasma, inundatio. *l. 10. in fin. ff. h. t.* alluvio, ieu potius deluvio. *l. 7. ff. h. t.* arborum dejectio. *l. 9. ff. h. t.* in vino, acor & mucor. *l. 1. l. 6. ff. h. t. l. 12. infr. tit. prox.* in ædibus incendium. *l. 5. infr. cod. l. 11. ff. h. t.* 32 *Εἰς κίνδυνον καὶ ζημίαν τὸ συνοψ. ad furum & damnum transire. Συνοψ. Baſil. lib. 19. tit. 16. §. 12. & 3.* Harm. 3. §. 17. *l. 5. infr. h. t. l. 8. ff. h. t. §. 3. inſt. de empt. l. 12. infr. tit. prox.* 33 *Πρᾶτης*, id eſt, venditor. *Συνοψ. & Harmen. d. loco.* ut *l. 3. infr. h. t.* 34 Id eſt, poſſquam res empta alterius eſſe, quam venditoris pronunciata fuerit, & hic beneficium ordinis venditori competens diligenter notandum. 35 *l. ult. infr. h. t. l. 3. infr. de addi. dict.* venditor enim de eviſione ex cauſa præcedente, ut hic, non ſubſequente, tenetur. Hujus generis eſt evictio facta Principis auctoritate. *l. 11. ff. de evict.* 36 Vid. *tit. de evict.* 37 Dominus vendidit, *ſumsere & garant ſon vendeur.* Notanda eſt diligenter hæc cautio emptoribus, cujus etiam fit mentio in *l. 8. infr. de evict.* & locis aliis, de quibus ibid. dicam. 38 Venditionis pretium interdum conſtituitur in ſingulas amphoras, in ſingulas metretas & in ſingulas libras, in ſingulos modios. *l. 35. §. 5. ff. de contrab. empt.* in ſingula dolia. *l. 1. §. 1. in fin. ff. loc tit.* cui venditionis ſpeciei contraria eſt venditio, quæ fit uno pretio. *d. §. 5.* quæ non fit ad menſuram. *infr. h. t. & d. §. 1.* quæ fit univerſim. *in fin. h. t.* quæ fit averſione. *l. 4. §. 1. & 2. ff. h. t. l. 62. in fin. ff. de contrahend. empt.* averſione vendere, *vendre en gros, en bloc.* Eſt autem hujus rei notanda differentia, ut infra dicemus. 39 *l. 14. ff. h. t.* 40 Cur ita? quia hujusmodi venditio videtur fub hac conditione fieri, ut in ſingulas metretas, aut ſingulos modios, quos quæve admenſus fuerit, aut in ſingulas libras, quæ appenderis, aut in ſingula corpora, quæ adnumeraveris, pretium ſolvas. *dict. §. 5.* id eſt, videtur ita convenitum, non prius perfectam eſſe venditionem, quam admenſio, ponderatio, vel numeratio facta fuerit. 41 De horreis, & eorum uſu apud veteres dixi in *l. 7. ff. de inſtruct. vel inſtrum. legat.* 42 Cellæ vinariæ. adde *l. 1. infr. de crimine expilatæ. l. 74. ff. de contrab. empt.* Res ita habet: Vini in ſingula dolia venditi perfectum acoris & mucoris periculum ſtatim ad emptorem poſt degustationem & approbationem, cujus nota eſt confignatio. *l. 1. §. 2. l. 14. in fin. ff. h. t.* niſi venditor de bonitate vini admiravit, quia tamen bonitatem ſciebat paucos intra dies mutatum iri. Eo caſu, ni emptorem vitii admonuerit, venditoris erit periculum. *l. 15. ff. h. t.* quam ſpeciem non invitus extenderem ad debitorem, qui, ſciens edicto publico monetam ſublatum iri, paulo ante edicti promulgationem creditori ſuo ſolutionis cauſa eam obtulit, ut ita refringas *l. 102. ff. de ſolutionib. & liberat.* Periculum etiam eo caſu effitionis, furti & ſimilium ad emptorem pertinet, niſi venditor in ſe cuſtodiam ad certum usque tempus receperit. *l. 35. §. 4.* poſt tempus non tenetur. *dict. l. 1. §. 3. & ſeq.* Quid ſi cuſtodiam ſimpliciter & indefinite receperit, nullo tempore adjecto? in infinitum eam non præſtabit. *l. 4. §. 2. ff. h. t.* Ideoque poſt teſtationem & denunciationem tollendi factam emptori, venitore nihil præſtabit. *l. 1. §. 4. l. 4. in fin. ff. h. t.* Ergo perpetuo ante admenſurationem & deguſtationem periculum ad venditorem pertinet: mucoris pertinebit omnimodo: quinetiam ſubſtantiæ vini, niſi tale damnum vi magna acciderit *l. 2. in fin. ff. h. t. l. 31. ff. de adil. edict. l. 14. ff. de furtis.* vel emptori denunciaverit, ut admetiretur. vis magna appellatione, intellige vim latronum. Fatale tane damnum eſt, ſi cella vinaria chasmate periit, ſi in eam ignis ab aliquo injectus ſit: ſi extraordinaria vi aquarum aut tempeſtate vini navigium in portu fuerit ſubmerſum: his caſibus vinum venditori non perbit, nii moram degullationi fecerit. *l. 4. §. ult. h. t.* Quid ſi dies admetiendi conditio emptoris mora præterierit? mucoris periculum ad emptorem pertinebit. *ſupr. h. t. l. 5. ff. h. t.* Quid ſi vinum univerſum, quod in cella vinaria erat, venditum fuit? periculum vini ad emptorem pertinebit ſtatim poſt traditas ei claves cellæ vinariæ, ut hic. *l. 74. ff. de contrab. empt.* Quid ſi vinum e navi fit venditum? vice traditionis clavium cuſtodiæ appoſito ſufficit. *l. 51. in fin. ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ.* aut quid ſimile. 43 *Τὸ πρᾶτης Συνοψ. l. 19. tit. 6. cap. 3.* Harm. 3. *var. reſpl. c. 4.* Aſſiſtium *decef.* 20. n. 5. Alexand. *conſ.* 147. *col. 1. lib. 5. & ad l. de divinone. n. 12. ff. ſolut. matr.* Gomef. *ad §. actionum. n. 19. ſnſtit. de act.* Socin. *conſ.* 133. *lib. 1. & conſ.* 88. *lib. 4.* Parif. *conſ.* 74. *n.* 17. *lib. 4.* Decius *conſ.* 183. *ad fin.* Corn. *conſ.* 250. *n.* 4. *vol.* 2. Vivien. *lib. 1. cam. opin.* 44 Niſi rem dolus reipſius, ſi res ita furtive, vel vi poſſeſſa, emptor eam non ufucapiet. *§. 2. Inſt. de uſucap.* Aliud furti, ſi dolus rem non reſpicict, ſed ipſum tantummodo contractum, & ita accipe *l. 13. in fin. ff. de Publician. in rem action. l. 21. §. 2. ff. de pecul. l. 5. ff. de diverſ. temp. prafcript.* 45 Poteſt enim emptor agere ex contractu habito cum fraudulento venditore, ut vel ſtetur venditioni, vel ab ea diſcedatur. *l. 13. §. 27. ff. de adil. empt.* agit etiam ad rei traditionem. *l. 34. §. 3. in fin. ff. de contr. empt.* & quando pluris emit. *l. 13. §. 4. ut & ad intereſſe, & ad omnia detrimenta. d. l. 13. in pr. l. 15. in fin. ff. h. t. l. 30. §. 1. ff. de act. empt.* 46 Cur? eninm quocunque modo, quem eſſe rei dominum putat, bona fide emit. Schultes *d. cap.* 13. 47 Rei venditæ periculum ad emptorem pertinet, niſi venditor in mora retinendæ fuit. *Synopſ. Baſil. lind. cap.* 14. *c.* 8 Harmen. *l. 37. in fin.* 48 Includa deſunt in quinto, emptori pretii cauſa. forte ex *l. 17. ſupr. de fide inſtrum.* 49 Moram committit venditor in tradendo, ſi die traditionis, ſignationis, mcnſurationis, poſt certationis & ſimilium non dicta, emptorem ad eas res perficiendas non vocavit. *l. 11. §. 3. l. 14. in fin. l. 14. ff. h. t.* Hujusmodi denunciatione venditor manum excludit, & in eam incurrit emptor. *d. l. 2. §. ult.* 50 Incendium rei emptæ ſpectat ad emptorem, niſi incendium lata culpa vel dolo venditoris acciderit. *l. 11. ff. h. t. l. 52. in fin. ff. de verb. obligat.* 51 Si ante conditionis eventum res ita conditione ſuſpenſa, quem eſſe rei dominum putat, venditori perit; niſi hoc ipſum convenit, ut res periculo emptoris ſervaretur. *l. 10. ff. h. t.* 52 Ventorem ſcil. 53 Ancilla vendita, ſi necdum tradita moritur line culpa venditoris, aut non ex vitio aliquo ante venditionem contracto, emptori perit, cuique pretium a venditore emptori conveitur. §. 3. *inſt. de empt. Synopſ. Baſil. lib. 8. cap.* 16. & 3. Harm. 3. §. 19. 54 Vitia rei venditionem præcedentia præſtantur a venditore. *l. 1. §. 1. & 2.*

TIT.

Tit. XLIX. De actionibus empti & venditi. 185

TIT. XLIX.

DE [1] ACTIONIBUS EMPTI [2] ET VENDITI [3].

Utrum agendum ſit in rem, an in perſonam.

1. Imp. ANTONINUS A. Delianæ.

ADverſus [4] eum cui agrum vendidiſti judicio [5] venditi conſiſte. Nec enim tibi in rem [6] actio cum emptore, qui perſonaliter tibi ſit obligatus, competit [7].

De reſiduo pretii, vel compenſatione erronea, de fructibus.

2. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. & VALER. C. Domitiano.

VEnditi actionem ad recipiendum reſiduum [8] pretium intendere adverſario tuo poteris. Nec quod in compenſationem [9] venerit, quaſi & tu invicem deberes, id obeſſe tibi poterit, ſi in bonæ fidei contractu (in quo majores [10] etiam vigintiquinque annis officio judicis in his, quæ dolo commiſſa ſunt, adjuvantur) juſto [11] errore te ductum, vel fraude [12] adverſarii captum, quaſi debitum id eſſet, quod revera [13] non debebatur, pepigiſſe monſtraveris.

† Fructus quoque perceptos ante [14] venditionem contractam, quos, cum venditioni non [15] acceſſiſſent, eundem emptorem invaſiſſe proponis, eodem judicio repoſces.

De arrhali pacto.

3. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Serpodoro.

EX arrhali [16] pacto [17] perſonalis [18] duntaxat actio paciſcentibus præparatur [19].

Si venditor rem non tradat.

4. Iidem AA. Mutiano.

SI traditio rei venditæ juxta emptionis contractum procacia [20] venditoris non fiat: quanti intereſſe [21] compleri emptionem fuerit arbitratus Præſes provinciæ, tantum in condemnationis taxationem [22] deducere curabit.

De emptore qui ante totum pretium ſolutum fructus percepit.

5. Iidem AA. Decimæ.

CUrabit Præſes provinciæ, compellere emptorem, qui nactus poſſeſſionem fructus percepit, partem pretii, quam penes ſe habet, cum [23] uſuris reſtituere [24]: quas & perceptorum [25] fructuum ratio, & minoris [26] ætatis favor (licet nulla [27] mora interceſſerit), generavit.

Quid veniat in actionem venditi.

6. Iidem AA. Neratio.

VEnditi actio, ſi non ab initio aliud convenit, non facile ad [28] reſcindendam perfectam venditionem, ſed ad pretium exigendum competit.

De nummis venditoris ei ſolutis.

7. Iidem AA. Diodoro.

SI ſervos diſtraxiſti, ac pretium de peculio [29] eorum quod ad te pertinebat, ſciens unde ſolveretur, accepiſti: conſequens eſt, integram te habere actionem pretii: cum [30] proprii [31] venditoris nummi ſoluti non præſtent emptori liberationem.

Si emptor re non tradita ſe pro domino geſſerit.

8. Iidem AA. Euſebio.

SI patet tuus venundedit portionem ſuam, nec [32] induxit [33] in vacuam [34] poſſeſſionem prædii: jus omne penes ſe eum retinuiſſe certum eſt. Neque enim velut traditionis factæ vectigal [35] exolutum, ſi ſimulatum [36] factum interceſſit, veritatem mutare potuit. Quapropter aditus Præſes provinciæ, ſi animadverterit in vacuam [37] poſſeſſionem neque patrem [38] tuum, neque ſucceſſores ejus emptorem [39] vel heredes ipſius quocunque loco factos induxiſſe, non dubitabit nihil [40] eſſe translatum [41] pronunciare. Et ſi te [42] ex empto ad inducendum [eum] in vacuam poſſeſſionem prædii perſpexerit conveniri: exiſtimabit [43], an pretium ſit ſolutum: ac, ſi repererit non eſſe pretio ſatisfactum, hoc [44] reſtitui tibi providebit.

De onere prædii venditi.

9. Iidem AA. Antipatræ.

SI minor a venditore ſive ſciente ſive ignorante dicebatur [45] capitio [46] prædii venditi, & major inventa ſit: in tantum conveniur, in quantum ſi [47] ſciſſet emptor ab initio, minus [48] daret pretii. Sin vero hujusmodi onus & gravamen functionis cognoviſſet [49], nullam adverſus venditorem habet actionem [50].

De carne tempore placito non tradita.

10. Iidem AA. Attalo.

CUm venditorem carnis, fide conventionis rupta, tempore placito hanc non exhibuiſſe proponas, ex empto actione, eum, quanti [51] interfit [52] tua ſi tunc tibi præſtita fuiſſet, apud Præſidem provinciæ convenire potes.

De ancilla a venditore manumiſſa.

11. Iidem AA. Bucarpiæ.

SI ancillam tibi ex cauſa venditionis traditam venditor manumiſit: libertatem alienæ factæ præſtare non [53] potuit. Quod ſi [54] poſt venditionem ante traditionem manumiſit, pleno jure dominus conſtitutus, Civem Romanam facere non prohibetur: ibi perſonali propter [55] ruptam fidem contra venditorem actione competente.

De vino.

12. Iidem AA, Criſpino.

SIcut [56] periculum vini mutati, quod certum [57] fuerat comparatum, ad emptorem, ita commodum [58] auctı pretii pertinet. Utque hoc verum eſt, ſi certæ qualitatis [59] ac menſuræ diſtracto vino, fidem placiti ſervandam eſſe convenit. Quo non reſtituto, non pretii quantitatis, ſed quanti intereſt [60] emptoris, competit actio.

De fructibus & onere functionis. De pretio & uſuris.

13. Iidem AA. Alexandro.

FRuctus [61] poſt perfectum jure contractum, emptoris ſpectare perſonam convenit, ad quem & functionum [62] gravamen pertinet. Venditor quoque pretium tantum, ac [63] ſi mora interceſſiſſe probetur, uſuras [64] officio Judicis exigere poteſt.

De ſervis.

14. Iidem AA. Ruſoni.

EMptor [65] ſervorum certe de his tradendis [66], & de eorum *fuga* [67], itemque *ſanitate* [68], *erroneque* [69] *non eſſe*, [aut *noxa* [70] *ſolutos*,] reprimitti ſibi recte poſtulat.

De tritico.

15. Iidem AA. Antonio.

ULtra modum tritici diſtracti citra pactum, in ſolutione mora [71] non facta, nihil emptor exigere poteſt.

De pecoribus.

16. Iidem AA. Cyrillo.

---

[1] *De jure & facti ignor.* [2] Vide *l. 11. ff. h. t.* [3] Vid. *l. 11. §. h. t.*

[4] Venditor adverſus emptorem actionem de pretio habet. Nam in rem actionem poſt rem emptori traditam habere non poteſt. *Synopſ. Baſil. lib. 18. c. 30. §. 3.* Harm. 3. 49. an ſaltem hypothecarium in rem ipſum venditam adhuc extantem habet? habere non videtur. Id eſt, actionem venditi: de qua vid. *l. 2. C. h. t. l. 2. §. 3. ff. h. t.*

[5] Vendi fitti. *l. 8. ſupr. de contrab. empt.* [6] Sed ad pretium. Venditor rem traditam non vindicat, ſed ejus pretium. *l. 6. §. ult. d. l. 8. §. 9. in fin. d. tit.* [7] Venditor agit ad pretium. *l. 6. §. ult.* ergo & de ejus reſidumm, quo nomine poteſtitur ex remedio. *l. 13. §. 8. ff. h. t.* adde *l. 21. in fin. d. rebus credit.* judex enim emptionis id omne facit quod emptioni eſt annexum. *l. 13. §. 27. ff. de adil. edict.* [8] Hinc illa clauſula contractibus emptionum adponi ſolita, *Et ſera tenu ledich acquerrant payer le reſte a tel ſolzpour, mentioned* fundi *exortivus*, hoc eſt, in venditionem dixi, quam debeatur, in tantum ab emptore, ſine *contentione*, id eſt, capitationis: ſin autem minorem modum diſt a venditore ſit. [9] Nota ſtatim actionem habet. *Synopſ. Baſil. lib. 19. tit. 2. cap. 58.*

[10] Id eſt, tempus actionis. Quanto minoris, de qua vide *l. 39. ff. h. t.* [11] Id eſt, tempus actionis. Quanto minoris. [12] Fingo dominum colono quondam ſuo prædia ſua perſolvat, eo caſu colonus non præſtentur talium eonſilium ignarus ſenſim emptionis tempore. [13] Cur ita? ſtatus non fit ſcienti. *l. 14. ff. de reg. juris.* Certiorari non debuit, qui non ignoravit. *l. 1. in fin. ff. h. t.* [14] Vid. *l. 4. ſupr. h. t.*

[15] Et alias carnes ab alio ſcil. Alias, in hoc intereſſe, de quo hic agitur, lucrum non vetit, quod emptor ex carne facere potuit: non veniet etiam damnum, ſeu æſtimatio ferorum fame mortuorum ob non traditas carnes, ſed illa tantum omnis utilitas quæ circa *ſuge. de hered. vel action. vend.* Venditor ancillam quam nondum emptori tradidit, poteſt utiliter manumittere. Tenetur tamen emptori in quod ejus intereſt. *l. 2. §. 1. de iis, qui a non domin.* Quid eo caſu ejus quod intereſt appellatione contineatur, vide *l. 23. ff. h. t.*

[16] Vide *l. 1. ſupr. de pericul & commod.* [17] Vide *l. 2. ſupr. de peric. & commod.* [18] Commodum auct pretii ad emptorem vini pertinet. [19] Eadem quo modo non id venit, quod emptor lucrari poteſt, ſi vinum ei fuiſſet traditum. *l. 21. §. 3. ff. h. t.* Sed damnum quod emptor incurrit, vinum ob id majore pretio ab alio emendo. vide *l. 10. ſupr. h. t.* [20] Fructus pendentes, etiam maturi eodem emptori. *l. 3. l. 13. §. 10. ff. h. t. l. 38. §. 2. ff. de uſur.* non ſeparati a folo etiamſi nondum eo fini. *l. 66. in fin. ff. de contr. empt.* quos ſi emptor percepit, reſtituere venditori cogitur. *l. 2. in fin. ſupr. h. t.* Quid penſiones, cui cedunt? dixi ad *l. ult. ff. de jure fiſci.* & ex eorum percepta debito non liberatur. *dict. verſ. Si ſtaque. l. 5. §. 1. l. 22. §. 8. in fin. l. 54. §. mandati.* metito: cum emptor nummos venditoris facere cogatur. *l. 11. §. 2. in fin. ff. h. t.* quod eſt emptoris, ejus amplius fieri non poteſt. adde *l. 4. §. 1. ff. de manumiſſ.* [21] *l. 50. ff. de rei vindicat.* [22] Vide *l. 2. §. ult. ff. de pericul. & commod.* [23] *l. 15. in fin. ff. de verb. obligat.* [24] Hoc quid ſit, vide *l. 2 in fin. ff. h. t. l. 52. in fin. ff. de verb. obligat.* [25] Non ideo quis rem ſuam facit, aut ſuam eſſe aſſerit, quod eam in cenſum deduxerit. *l. 25. ſupr. de rei vind.* vid. *l. 1. §. ult. l. 3. de donat. l. 63. ff. de adquir. rer. dom.* id eſt, quod ejus nomine tributum ſolverit: potuit enim rei nomine cenſum ſolvere, & tamen alieno nomine. [26] Simulatio veritatem mutare non poteſt. *l. 15. §. de liberal cauſ.* Sicuti nec error. *l. 6. §. 1. ff. de offic. præſid.* nec falſitas. *l. §.*

CODEX.

[Aa] Poſt